EMPTOR ET LECTOR AVETO.

# Auguſtini Niphi Sueſſani medici ac aſtrologi excellentiſſimi de diebus criticis ſeu decretoriis aureus liber ad Vicentium Quirinum patritium Venetuꝫ: nuper editus ⁊ maxima cū diligētia impreſſus.

Bernardi Georgii. P. V. Carmen ad emptorem.

Sydereos motus: morborum quiqꝫ medellas
Callere: exacta cognitione cupis
Niphi docta legas præſentia opuſcula adunguem.
Vtraqꝫ qui mira ſub breuitate docet.

Cum Priuilegio Atqꝫ Gratia
Excelſi dominij Veneti ne quis ad decennium opus
hoc. preter Alexandrum Calcēdonium.
Imprimere nec imprimi facere audeat.

UVA. BHSC. IyR_157_3

Viro rerum naturæ mũdiꝗ optimo interpreti Vicentio quirino patritio Veneto Auguſtinus Niphus Sueſſanus bene agere.

VAria apud priſcos præſtantiſſime quirine dedicationum genera adinuenta ſunt. alii enim alieno nomine elucubrationes ſuas nuncupari uoluere / ut ſuæ laudis fructum ſentiant. Alii ut aliquantulum auctoritatis capiant. Alii ut primates ſuos adulatoriis comẽdationibus alliciant. Alii ut ſtudioſis ſuos erudiãt ſuaſionibus / Quemadmodum Cicero Marco filio de officiis / Ariſtotiles de moribus nicomaco libros dicarunt. Ego uero tibi nuper diſcipulo / nunc autem collegæ de criticis hoc eſt de decretoriis diebus gerulas has dedico: Tum quia præcepta mea curioſiſſime ſemper lectitare optaſti ipſa ſummopere ueneratus: Tum ut omnia mea quantacũꝗ / tibi communia ſint: Tum uel maxime ut cõtra oblatrãtes detractores defenſionis clauã aſſumas: Vale. Et auguſtinum nomini tuo deditiſſimum ut ſoles ama Suiſſe. M. D. IIII Idibus februarii.

Io. Antonii Cre. Carmen in laudem Auguſtini
Niphi Sueſſani. Ad lectorem.

Niphus in æthereas ſedes penetrauit & inde
Mortali docuit falſa quid aſtra ferant
Lector habes etiam / quod decretorius æquis
Iudicium miſeris indicet ipſe dies
Tempora noſtra uiro tali fœlicia nato
Cum patria fœlix extat uterꝗ parens

UVA. BHSC. IyR_157_3

## Auguſtini Niphi Sueſſani de diebus criticis ad Vicentium Quirinum patritium. Prefatio.

Imperitiſſime gentes herbas/aliaqꝫ prompta in auxilium vulnerum morborumqꝫ coniectantes/dierum nullam differentiam fecerunt. verumtamen apud grecos aliquanto diligentius vetuſtiſſimus auctor Aeſculapius medicinã excolens/dierum idiotropias differentiaſqꝫ obſeruauit: quem deinde eiuſdem duo filij Podalirius videlicet ⁊ Machaon: ſecuti decretorios dies ceperũt balbutiri: poſt quos Pythagoras/Empedocles/Democritus/eiuſqꝫ (vtquidaꝫ aiunt) diſcipulus Hippocrates cous decretorios hoſce non tantum obſeruarunt: ſed locupletarunt ac auxerunt: adijciẽtes indiciarios. Poſt hos Diocles/Cariſtius/Praxagoras/Chryſippus/Herophilus/Eraſiſtratus decretorios ⁊ indiciarios proficientes/obſeruarunt ⁊ prouocatorios: quos noſtri intercidentes vocitant: hos ⁊ Hippocrates nouit etiam. tam ⁊ ſi fere omnes hos dies ſectẽtur: de eorum cauſis non partius eſt diſſenſus: Qui enim ex ipſa profeſſione ſe empericos appellauerunt: vt Serapion/Apollonius/Glaucias ⁊ aliquanto poſt Heraclides tarentinus: taliuꝫ diſcriminum in diebus nullam attulerunt cauſam: ſed ſola obſeruatione compertos fuiſſe: cum quibus ⁊ Aueroes: Rhaſes: Auicenna ⁊ Auẽçoarus ⁊ ſi rationales: conuenere: nullam harum cauſam offerentes/niſi obſeruationeꝫ. Aſclepiades võ Themiſon/Hippocrates/Archigenes ⁊ Galienus. rationales horum cauſas eniſi ſunt adſignare: Quas aſtronomi auſpicati ſunt/⁊ inter ceteros omnium mathematicorum princeps Claudius Ptolomeus. Videntes autem ſcriptorum diſcrimina ac diſſenſiones: viam mediam ſequimur. ante enim nos nemo mixtum de hijs prodijt. Nam de his aſtronomi rationibus celeſtibus tantũ tradidere. Medici võ medicis obſeruationibus. Nos autẽ obſeruationes a medicis accipientes: rationes ab aſtronomis perquiſiuimus. hinc opus miſtuꝫ facimus vt vtrũqꝫ ſecte indulgeamus. diuiſimus võ librum in quattuor. Primus quidem de diebus decretorijs inſcribitur. Secundus de decretoriorum cauſis. Tertius de pronoſticis per decretorios dies. Quartus de medicamentorum electione. vt võ facilius memorie commẽdetur. opus more mathematico per enunciata libros ſarciemus.

Aeſculapius. Podalirius. Machaõ. Pythago. Empedo. Democri. Hippo. Diocles. Praxa. Chriſip. Heraphi. Eroſiſtra. Serapi. Apolloni. Glaucias. Heracli. Aueroes. Rhaſes. Auicenna. Auẽçoa. Aſclepia. Themiſon. Hippo. Archigẽs. Galie. Ptolome⁹.

Qui dies nullos obſeruarunt. E quibus pmo dierũ obſuatio. Secunda obſuatio criticos appellans. Unde idiciarij. Unde prouocatorij. Libri difficultas. Emperici. quid de criticis. Nulla dierum cauſa. Cauſe criticorum. Inten. nr̃a. Diuiſio libri. Forma libri.

## Auguſtini niphi de diebus decretorijs primus liber incipit.

### Enunciatum primum.

**Decretum eſt morborum finis mediante pugna inter virtutem regitiuam: ⁊ humorem ad latus ſalutis vel exitij contingens.**

Criſis nomen eſt grecum: quod deſcendit a verbo crino grece/latine decerno/vel ſepero: a quo etiam verbo critici dies dicti ſunt: latine decretorij: aut diſcretiui. Nam in omni duello tria ſunt: bellantes/iudex/⁊ tempus: quo bellantes a pugna ſeperantur. Eſt autem morbus ſiue egrotatio vt duellũ quodam: in quo virtus regitiua corporis noſtri (ſiue ſit anima/ſiue calor naturalis/ſiue quod vis aliud) contra humorem certat. tempus vero/quo pugna hec ceſſat ad latus ſalutis vel exitij: criticus hoc eſt decretorius dies nũcupat. Iudex võ generalis eſt omniuꝫ auctor Deus. huic ſubminiſter/eſt medicus.

Criſis. Dies critici dcretorij. Cõparatio. Critic⁹ qs.

### Enunciatum ſecundum.

**Leſiones humanorum corporum duae ſunt: altera quidẽ dicta egritudo ſiue morbus. altera vero vicium.**

Leſio humani corporis ea eſt: qua corpus ipſum in operatione ſua naturali/vitali: vel animali exercenda leditur. Hec autem triplex/vna quidem connaturalis hoc eſt que a genitura e celeſti conſtitutione contrahitur/vt clauditium/cecitas ⁊ cetera id genus. Hec chaldaice/acema latine (auctore materno) viciũ nuncupatur. Alia vero non connaturalis/ſed ſua diuturnitate habitus appellatur vti podagra: ethica/Tabes/cancer ⁊ conuulſio. in his quidem nulla expetenda eſt criſis. in prima quideꝫ propter connaturalitatem: in ſecunda vero ob diuturnitatem. Vtriſqꝫ nãqꝫ in his pugna ablata eſt. Tertia autem preter has/quoniam ex humore extero

Matern⁹

Leſio qd. leſio quot. In quib⁹ criſis.



UVA. BHSC. IyR_157_3

ac hoſtili pernicioſoqꝫ fit:morbus/ſiue egrotatio vocatur. In hac criſis indicium ⁊ prouocatio obſeruande ſunt: quem virtus ipſa aduerſus humorem hoſtilem ⁊ conetur ⁊ pugnet: cuius duelli finis criſis hoc eſt decretum a medicis nuncupatur.

Criſis

## Enunciatum tertium.

**Morbus quadruplex temperatione videlicet vnitate:⁊ numero: ⁊ ex his oĩbus greci craſes noſtri tẽperamenta:tẽperationeſqꝫ vocãt.**

Craſis
Complexionis abuſus
Mixtura
Cõplexio

Tullius maternus vbiqꝫ mixturas appellat. Recentiores philoſophi cõplexiones: quod verbũ quo modo in hũc ſenſum receptũ ſit ignoro. eſt enim apud medicos inter mixturas ⁊ complexiones diſcrimen non paruum: quod etiam ⁊ greca nomina indicant: nã grece mixtura eſt. mixis: complexio vͦ craſis. eſt nãqꝫ mixtura e formis ipſis elementorum contingens. complexio vͦ e qualitatibus formarum. Ubi igitur a rubra bile peccat temperatio: morbus fit colericus. Ubi vͦ ab atra bile: morbus eſt malancholicus. Ubi a ſanguine: ſanguineus: vbi a pituita pituitoſus efficitur morbus. ⁊ ita in ceteris id genus dicendum. Eſt preterea in animali ſecunda valitudo ex membrorum colligatione: huic aduerſa valitudo eſt ſoluta colligatio vti vulnera vlcera plage/ ⁊ id genus. preter has ad hec eſt ⁊ morbus numero/ vt ſextus digitus/ aut lapis in veſſica: gibboſitas/ ſtruma ⁊ id genus: ex his omnibus fiunt apoſtaſes: in quibus adeſt aduerſa temperatio/ ſoluta colligatio/ additio numeri.

Julius Maternus

Soluta cõtinuitas
Ubi oĩes he.

## Enunciatum quartum.

**Morborum in temperatione/ Alij ſunt humorales alij quales tm̃.**

Quattuor humores

Humorales
Malis
Qualis

Humores (auctore Galieno) quattuor ſunt: ſanguis videlicet: rubra bilis/ hodie tamen in ore omnium eſt cholera: que apud Celſum eſt morbi genus. Atra bilis: que grece malancholia nuncupatur. Pituita: que phlegma vocatur grece etiam quotiens igitur noſtris in corporibus aliquis horum quattuor peccauerit qualitate/ ſeu quantitate/ morbus eſt humoralis/ vel (vt ceteri aiunt) materialis: vbi vero calor vel frigus tantum increuerit. non quidem humoris cauſa. Morbus qualis efficitur: quẽ immaterialẽ medici vocitant/ velut in diaria febre.

Galie.
Celſus

## Enunciatum quintum.

**Omnibus in morbis qui humoris cauſa ↄtingunt: rixa interuenit.**

Aduerſantia in corpore nr̃o
Quibus morbis criſis

Duo ſunt que in corporibus noſtris ſibi inuicem aduerſantur: virtus videlicet corporum regitiua ſiue ſit anima/ ſiue calor/ ſiue anime vis ⁊ potentia: ⁊ humor nociuus. Illa corpus ipſum conſeruare portendit. Hic corpus dirimere pertentat: quo fit vt omnibus in morbis temperatione ⁊ humore contingentibus pugna ac rixa ſit: qua expleta criſis hoc eſt decretum ſpectetur: dixi temperatione: quoniam ipſis in morbis occaſione vnitatis/ criſes nõ viſuntur. nec in his: qui in numero contingunt. ⁊ ita morbis tantum ab humore ſeu materia emergenibus criſes ſeu decreta obſeruande ſunt: dieſqꝫ critici animaduertendi.

## Enunciatum ſextum.

**Morborum e materia contingentium: Alij acuti: Alij obtuſi: Alij longi: Alij breues: Alij conuerſiui.**

Diuiſio morboruꝫ
Acutus breuis
Acuti obtuſi.

Greci in tria genera (auctore Celſo) diuiſere morbos vt in oxes hoc eſt acutos. In cronicos hoc eſt longos. Intropicos hoc eſt ex acutis in cronicos conuerſiuos. refert autem (teſte Galieno) acutus morbus a breui. breues quidem: qui cito vel tollunt hominem: vel ipſi cito finiuntur. his longi aduerſantur/ ſub quibus neqꝫ ſanitas in propinquo: neqꝫ exitium eſt. In quibus ſine intermiſſionibus acceſſiones ⁊ dolores graues vrgent: acuti dicunt͛. vbi lenti dolores/ lente ve febres ſunt: ⁊ ſpacia inter acceſſiones porrigunt͛ obtuſi ⁊ longi.

Celſus
Galie

UVA. BHSC. IyR_157_3




Acuti quidem emergunt in nobis morbi::aut ratione ſubtilitatis humoris : vt cholerica febris eſt: vel caliditatis gratia/veluti pluribus in ſanguineis:aut ob humorum copiam/vt in conuulſione:aut ratione loci/vti in angina: aut propter maliciam/vti in peſtilentibus cauſis.his contrarijs/obtuſi morbi contingunt.

Quotuplex acut⁹

## Enunciatum octauum.

### Acuti morbi non ſemper vno termino vnoq3 tempore deſinunt.

Galie. Hippo. Diocles Archigēs Galie.

Varios fines Galienus ⁊ Hippocrates dederunt acutis: Interdum enim eos in.xiiij.diebus deſinere. Interdum in.xx.quandoq3 in.xl.aliquaudo in.lx.⁊ aliquando in.cxx.diocles acutorum morborum finem eſſe in.xxj.die contendit. Archigenes.xiiij.diem. Galienus ſermones Hippocratis conſiderans: Inquit morbos acutos humorum cauſa in.xiiij.deſinere. Per accidens vero/vt propter aſtantes/vel medicos/vel alias cauſas eos aſcendere in.xx.diem concedit. Ultra hunc/tropicum fieri autumat vſq3 in.lx.vltra vͦ hunc: cronicum. Humores preterea habent deſignatos ſuę malicię fines.rubra quidem bilis.xiiij.diebus ſeuire ſolet. Increſcit aūt ad acceſſionem quartaʒ vſq3: conſiſtit vͦ vna vel duabus acceſſionibus. Sanguis vno ſeptenario efferueſcit:interdum ad.xj.aſſurgit:interdum ad.xvij. vbi ſanguis non putret:raro decurrit.iiij.diem.pituita (q̄uo interpollet) eſtuat ad.lxiiij.diem. Inchoat in.xviij.diebus:increſcit in.xx.conſiſtit in.x.declinat vͦ in reſiduo tpe. Ubi vero ꝯtinuo putret.xliiij.diebus deſinere ſolet.atra bilis intendit in vno anno:quādoq3 ad.xij.annum aſſurgit.neq3 acuti igitur neq3 alij vno termino deſinunt.

De termio acutorum prima pō. Scda pō. Conſiliuʒ Tropicus Cronicus De finib⁹ humoruʒ

## Enunciatum nonum.

### Morborum alij diarij:alij ebdomad arij:alij meſtrui:alij annui.

Ne tot contingant confuſiones : placet nobis morbos e materia emergentes diuidere penes tempus : ꝙ videlicet alij ſunt diarij vt qui infra diem apti ſunt deſinere/vt anginę ⁊ neruorum reſolutiones : ⁊ id genus.⁊ hos perperacutos noſtri craſſiuſculi medici vocāt. Qui vͦ infra.vij.dies finiri conſueuere : ebdomadarij nuncupātur:a noſtris peracuti qui infra menſem vt.xiiij.die/vel.xx.vel.xxviij.menſtrui appellantur. Qui demum infra annum:annui.

Secunda diuiſio morboruʒ penes tempora.

## Enunciatum decimum

Hippo.

### Morboꝝ alij per dies:alij per menſes:alij per annos dinumerant.

Sunt enim morborum quidam:quorum criſes per dies:alij per menſes : alij per annos viſuntur.vnde Hippocrates inquit plurimi vͦ effectus puerilis ętatis iudicātur/ſiue finiuntur/aut intra.xl.diem:aut intra.vij.menſem:aut intra.vij. annum : aut quom ad pubertatem itur. Qui autem perdurauerint/nec ſolui poterunt pubeſcenti aut feminę quom menſtrua erūpunt:hij conſeneſcere aſſolent. Morboꝝ per dies criſis in.c.xx.dies aſſurgere aſſolēt: In q̄bus ſunt ⁊ quaterni ſeptenarij/terni ⁊ vigenarij.ſimiliter ⁊ qui per mēſes deſinunt/vt in febre quartana.⁊ qui per annos ſimiliter. Animaduerſione dignum non tantuʒ morbos certis ⁊ deſignatis perfici finibus:ſed ⁊ generationes ⁊ partus. Inquit enim Ariſtotiles de hi

Ariſtotiles

Tertia diuiſio penes nūm De termino morboruʒ p dies. Partitiones dieruʒ De gn̄atio nis termio

UVA. BHSC. IyR_157_3

ſtoria aialiuz lib.v.capi.xx.tẽpus gſtationis principio ad finẽ maxime fere parti ſeptenarijs : ternis
deſcribit:aut quaternis.Culicum ⁊ vermiformis generis parti plurimę:ter ſepteni attributi ſunt
ouiparis quater ſepteni magna ex parte.ſeptem ex ijs ab initu concreatio ⁊ conſumatio oui vendi
cat ſibi. Reliquis tribus ſeptenis incubant atq; excludunt:ea ſcilicet quę ſuo procreant foetu : vt
araneus:aut aliquid generis eiuſdez:mutationes vo ⁊ trãſitus in figuras alias trinis aut quadri-
nis diebus parti maximę peraguntur:ſicut in morbis quoq; dies decretorius euenit.talis inſecto-

*De ętatis ꝓſignatione*

rum generatio eſt.Ad hęc ⁊ virilitas in viris ⁊ viri potentia in fęminis deſignatis temporibus vi-
ſuntur.Inquit enim Ariſtotiles ſemen autẽ fere incipit circiter ãnos bis ſeptẽ:ſed vim genitalẽ re- *Ariſtoti.*
cipit circa annos ter ſeptem:homo mas ad annum vſq; ſeptuageſimum videlicet termino vltimo
poteſt generare:fęmina vo vſq; ad quinquageſimum:verum id raro:paucis enim proles in eo ęta-
tis anno procreata eſt:ſed magna ex parte maribus quintus ⁊ ſexageſimus finis per generandi eſt.
Fęminis quintus ⁊ quadrageſimus.⁊ in ceteris animalibus idem declarat Ariſto. De partu vo

*De partu*

licet(auctore Plinio capi.li.vij.)ceteris aialibus ſtatutũ ⁊ pariendi ⁊ partus egerẽdi tẽpus ſit: ho- *Plinius*
mo vo incerto gignatur ſpacio:tamen ſepicule vitales partus.vij.ix.xj.⁊.xiiij.menſibus fieri aſſo-
lent ante.vij.menſez haud nunq̃; vitalis eſt.Septimo non niſi pridie poſtero ve plenilunij die aut

*Differẽtes partus*

interlunio concepti naſcuntur.trãſlatuz eſt in ęgypto octauo gigni.Veſtilia quattuor partus en-
xa ſemper octauo menſe genuit.Suillũ ruffum.xj.Corbulonẽ.vij.Ceſoniã Caij principis coniu-
gem octauo.L.Papirius.xiiij.menſe oritur.quam ob cauſam partũ aiunt naturales philoſophi

*De vitę ſpacio*

criſem eſſe impregnationis . ſpacia etiam vitę deſignatis temporibus prefigi aiunt non ſolum in
hominibus ipſis vt Ariſtotiles eſt auctor:ſed animantibus in ceteris.quod quom longum ſit per-

*Ambiguitas ſi part⁹ ſit criſis*

tractari:nunc omittimus.Solent vo noſtri ambigere an partus ſit impręgnationis criſis. Hac in
re noſtri contendunt: Quidam namq; impręgnationem non eſſe morbum aſſeuerantes: partum
eſſe illius criſim obnegant qui contrarium ſentiunt argumento mouent q̄ deſignato tempore cõ-

*Prima põ*

*Põ vera*

tingit.Recentiores aiunt omni in criſi tria eſſe per neceſſaria e parte celi aſpectus ſideralis.e parte
inferiori virtus regitiua humorem nociuum expellens:⁊ humor ipſe ſtimulans ac prouocans.
Hęc tria ipſa impregnatione reperiri conſpicitur.adeſt celi aſpectus:quia non niſi dum luna vene-
rit ad ſignum quod emergebat in conceptione:ipſoq; ſigno horoſcopante:quod tenuit ipſa in cõ-
ceptione:vt Hermes ac Ptolomeus ſunt auctores. adeſt etiaz ipſius foetus motus prouocator⁹: *Hermes Ptolo.*
qui cõtinuo ſe editioni pręparat.ad hęc ⁊ virtus mulieris foetus ipſius expulſiua.plures namq;

*Variatõẽs in vtero*

alterationes in vtero ipſo experiunt:prima namq; qua e forma ipſa ſeminis in foetus ſpeciez euer-
titur.ij.eſt qua excluditur e ligamẽtis ipſis.iij.eſt partus ipſe.Poſſunt ⁊ alię adnotari:ſed hę ſatis.
⁊ quoniam(vt diximus)omnes criſes vel per dies vel per menſes vel per annos ꝯtingere ſolent
partus per mẽſes eſt obſeruandus:inde foetus.vij.vel.ix.xj.vel.xiiij.ęditur:hi namq; decretorij nũ-

*Replica*

cupantur.vt Ariſto.ſentit.Sed contra hęc aſſurgunt:nam ſi partus eſt impręgnationis decretum.
Ipſa impręgnatio erit ⁊ res pręter naturam mulieris:⁊ ita morbus.Ad hęc quod non eſt contra

*Solutio propria*

naturam:non expellitur a virtute naturali.Nos dicere poſſumus aliquod eſſe generi naturale:qḋ
ſpeciei non eſt naturale.omnibus enim animantibus naturale eſt generare ⁊ ita impleri.mulieri
vo in eo q̄ homo eſt non naturale.his adamuſim penſitatis:perſpicuuz eſt quibus in morbis cri-
ſes animaduertendę ſunt.Nam ſoluz in morbis e materia ipſa humorali pendentibus criſes per-
quirendę:ſiue acuti ſiue obtuſi ſiue longi ſiue breues ſiue diarij ſiue ebdomadarij ſiue menſtrui
ſiue annuarij ſiue per dies ſiue per menſes ſiue per annos obſeruantur tempora. omnibus enim
in his rixa contentio ac certamen interueniunt.

## Enunciatum vndecimum.

**Dierum alij decretorij:alij iudiciarij:alij ꝓuocatorij:alij vacui. Mẽ-
ſiuz annorũ etiã alij decretorij:alij ĩdiciarij:alij ꝓuocatorij:alij vacui.**

*Quotuplex dies*

Interdum dies pro peragratione lationeq; ſolis ſupra alicuius regionis oriçonta accipi
ꝯſueuit:quem noſtri artificialem vocãt. Hic tum propter regionum diſcrimina tum pro-
pter parallelorum variationes neq; quando equalis eſt:neq; alicubi.verum craſſiuſcula
q̃daz ęquatione:qua vti ſolent celeſtiuz rerum ſcriptores:in anno bis dies huiuſmodi nocti ęqua-
tur : dum videlicet ſol caput arietis ⁊ librę tenet . Interdum pro primi mobilis conuerſione cum
tanta quoq; intercapedine quanta ſol contra motum ſuum peculiarem ab oriente in occaſuz rur-
ſus in ortum verſus eſt.hunc naturalez vocant.nec hic ęqualis eſt propter cauſas Ptolomei in ma-
gnę conſtructionis libro . Interdum pro die medicinali accipitur : qui ſpacio.xxiij.horarum cum
vna.xiiij.parte horę continetur.ex diebus huiuſmodi menſis medicinalis conficitur.Nunc ſumat
in noſtro enunciato pro die naturali : poſtmoduz dicemus ſpeciatim alr.quid annus ſit : quis ve

*Qui decretorij*

menſis ⁊ quot accipi ſoleat modis:poſterius perquiremus. Sunt vero decretorij dies . vt exem-
plis vtar in vno vigenario.vij.xiiij.⁊.xxix.indiciarij.iiij.ad ſeptimum.xj. ad decimũquartum.xvij.
ad vigeſimum . prouocatorij vo morbis in his qui impari motu currunt : omnes terni:vt.iij.v.ix.
xiij.xv.⁊.xix.qui vo neutri horum ſunt:vacui appellentur.Simili ratione in ceteris vigenarijs in
cxx.dies iſq; obſeruari poteſt vt nunc in primo ſeruauimus:licet ſit diſcrimen quodam eo q̄ vt di-
cemus virtutes dierum ſunt imbecille tantoq; infirmiores quãto a primo vigenario remociores.

UVA. BHSC. IyR_157_3

## Enunciatum duodecimum.

**Decretoꝛius dies tempus ipſum eſt: quo virtus noſtroꝛum coꝛpoꝛum regitiua per humoꝛum nocui perſpicuam expulſionem a certamine dimoueri ſolet frequentius.**

Hippo. | Duo | Re°. Galie. | Quot criſes

QUia frequentius. vij. in die. xiiij. ac. xx. ad ſalutem aut moꝛtem conflictus virtutis ⁊ humoꝛis deſinere ſolet: aliqua (vt dici ſolet) expulſione/ vel occupatione interueniēte: id circo hos Hippocrates decretoꝛios eſſe prodijt: ceteris vō in diebus: ⁊ ſi eiuſmodi expulſiones interdū viſunt: quom res hęc/ nec ſemꝑ/ nec frequēter ꝯtingat: decretoꝛij nō ſunt appellati. Sed ambigunt: nam interdum nulla perſpicua euacuatione contigenti virtus occulte ⁊ (vt ita loquar) inſenſibiliter moꝛbum fugat: hęc (vt vides) criſis eſt ⁊ tamen non perſpicua per euacuationem. Galienus in eo libꝛo quem de criticis inſcripſit inquit: egroꝛum coꝛpoꝛum duplex ſolet fieri permutatio. vtpote vel ad ſalutem vel ad exitium. Siquidem ad valitudinem: aut per euacuationem perſpicuam ſubito: ⁊ hanc gręci comodiſſimo verbo criſim vocant: noſtri decretum. aut ſubito quidem/ ſed non mox ex toto conualeſcere ęgrotuz/ ⁊ hanc criſim imperfectaz nūcupat Galienus tertia autem ęgrotus occulte nulla interueniente euacuatione manifeſta in valitudinē aſcendit/ ſed eo ipſo ꝙ humoꝛ nociuus in exhalationes fumos ac vapoꝛes exoluitur: ⁊ per coꝛpoꝛis poꝛulos euaneſcit: ⁊ hęc ſanacio appellatur/ ſeu vt magis conualeſcentia. Ubi vero permutatio ad exitium fit: aut ęgrotus aliqua perſpicua pulſione/ ſiue apoſtaſe ad exitum labitur: ⁊ hęc obnoxia ⁊ pernicioſa criſis perfecte nuncupatur. aut cum apoſtaſe vel euacuatione imbecilli: ⁊ hoſce exitium imperfectum eſt. aut ad exitium per occultam calidi reſolutionem ac ſpirituum euaneſcentiaz: ⁊ hęc a refactio eſt. Aut ad exitium nullo hoꝛum contingenti: ⁊ hęc ſuffocatio appellatur. ijs perſpectis: perſpicuum eſt/ Quis dies decretoꝛius obſeruari debeat/ quę ve criſis. Simili ratione hoꝛa decretoria/ menſis/ ⁊ annus decretoꝛij definiri poſſunt vt obſeruanti omiſſimus.

## Enunciatum decimumtertium.

**Indiciarius eſt tempus: quo exitij vel ſecunde valitudinis note vt plurimum viſitari ſolent: ac pꝛeliambolum inſurgere.**

Note exitij valitudis | Quid indiciarius

TRes (vt medici teſtantur) notę ſunt exitij vel valitudinis hoc eſt boni/ vel pernicioſi decreti. quę indiciario die emergere ſolent: humoꝛis nocui alteratio: perſpicua quidem concoccio aut vt alij dicunt digeſtio: quę ſedimine bono decernitur. exitioſa vero huic contraria liuoꝛ micturę: turbulentia: ⁊ id genus. Secunda eſt. Uictoꝛie indicium: vel exitij vt virtutis facilitas/ ac addictio virium: motus agilitas/ ac pꝛomptitudo. contrarię ijs ſunt exitij notę ⁊ indicia tertia eſt pꝛęliabulum: quod inter humoꝛez nociuū ⁊ virtutem incipit/ vt doloꝛes graues: anguſtię pectoꝛis: laboꝛ/ tremoꝛ: lenis ſudoꝛ: ac lenis euacuatio. Hęc enim vt pꝛęliabulum pugnę in die decretoꝛio aduenien de habetur. quotiens igitur tres hę notę vno reperientur in die eum indiciarium/ ſiue pꝛęliambulatoꝛium faciunt. hinc. iiij. indiciarius ac pꝛęliambulatoꝛius eſt. vij. xj. vero. xiiij. xvij. vero. xx. nam vbi pꝛęlium fiet in. vij. pꝛęliambulum expectanduz eſt in. iiij. vbi in. xiiij. pꝛęliambulum in. xj. vbi in. xx. ⁊ in. xvij. pꝛęliambulum perficietur. hęc in vno vigenario obſeruanda ſunt: ſimili ratione in ceteris in. cx. vſqꝫ dies.

## Enunciatum decimumquartum.

**Pꝛouocatoꝛiꝰ eſt tp̄s quo humoꝛ nociuus virtutē ad pugnā ꝓuocat.**

Hippo. | Celſus | Galie. | Acceſſiones differentes | Quis prouocatoꝛius | Intercedēs ⁊ quare

HUmoꝛ interdum ſua idiotropia contra virtutez acceſſione impari aſſurgit/ vt rubꝛa bilis omni terno. Interdum omni die vt pituita. Interdum omni quaterno vt atra bilis. pꝛouocatoꝛius igitur in rubꝛa bili eſt omnis ternus. in pituita oīs dies: in atra bili/ oīs quaternus. Sanguis vero nullo hoꝛum numero eſtuat. Hoꝛum dierum Hippocrates meminit. d. ſudoꝛes febꝛitītanti/ ſi ſtatim inceperint: boni: ⁊ tertio die/ ⁊ quinto/ ⁊ ſeptimo/ ⁊ nono/ ⁊ vndecimo/ ⁊ quartodecimo ⁊ reliqua. Dum enim virtus ipſa humoꝛqꝫ ipſe nociuus ad pꝛęliabulum aſſurgūt aliquid humoꝛis ſudoꝛe/ mictura/ aut ex crementis pellit: vel contra quicq̄ꝫ virtutis imminuitur. obque etiam non inconcinne a noſtris intercedentes nūcupari aſſueuere: ob antiquis (auctoꝛe Celſo) criſimi. Nam ſępicule ijs in diebus criſis perfici ſolet/ ijs de cauſis: aut ꝙ humoꝛ ſit nimis furibūdus/ ac incendens. aut ꝙ humoꝛ paucus eſt nimiſqꝫ beneficus: inde retardatur decretum/ non ad decretoꝛiū diem: ſed ad pꝛouocatoꝛiū. aut ꝙ pꝛouocatoꝛius eſt vt affinis (teſte Galieno) ipſi decretorio. aut ꝙ aliquo eoꝝ ꝯtingere poteſt bona cęli conſtitutio: vnde virtus adiuta poteſt nociuz humoꝛem dirimere. qs decretoꝛiusꝰ quis ve indiciarius/ quis ⁊ pꝛouocatoꝛius: perſpicuū ſit in tantū.

UVA. BHSC. IyR_157_3

## Enunciatum decimumquintum.

**Contingit interdum dies hoſce inuicem commutari alternaſqȝ vi/ces inuicem ſubire.**

Alternatio dierum
Ga. Cauſe

O Ui prouocatorius eſt: effici poteſt decretorius quattuoꝛ dictis cauſis vt dixit Galienus. cõtra etiam decretorius vicem prouocatorij ſubire poteſt: eſt enim. vij. ad. ix. prouocatorius. Ad hec. xj. effici poteſt decretorius/ vt propter celeſtem conſtitutionem/ ꝛ propter humoris contra virtutem inſtigationem. Quod igitur naturale eſt alicui/ poteſt accidentibus euerti vt ſcribunt naturales. Galie.

## Enunciatum decimumſextum:

**Dies quartus ſeptimi indiciarius eſt: octauus principium alterius ſeptenarij exoritur. vndecimus etiam conſiderandus eſt: quartus enim ſecundi ſeptenarij eſt: itemqȝ decimuſſeptimus obſeruandus: quartus enim a quartodecimo ꝛ ſeptimus ab vndecimo.**

In vno vigenario quot obſeruandi
De numeratione

v No in vigenario dies tres ſunt decretorij vt. vij. xiiij. ꝛ vigeſimus: treſqȝ indiciarij quartus. xj. ꝛ. xvij. prouocatorij omnes impares: ꝛ quoniam omnis ſeptenarius octo coſtare debet diebus vno modo alia ratione ex ſeptem. Iuxerũt Hippocrates ꝛ Galienus omnes iudiciarios enumerandos fore a medico replicatione: ꝛ inde quartus eſt a primo: primus vͦo ſecundi quaterni vſqȝ in. vij. hinc ſeptimus eſt ꝛ octauus. nã replicato quartoꝛis vt duo capietur: Ad hec omni in vigenario ſecundus ſeptenarius: decretorius enumerãdus eſt vt duo vt. xiiij. pro fine ſecundi ſeptenarij ꝛ pro principio tertij/ ꝛ inde vigeſimus vt. xxj. habetur. Septimus autez ꝛ. xx. integre enumerandi ſunt. Nam octauus ſecundi ſeptenarij caput eſt: vt. xxj. primi ſeptenarij in ſecundo vigenerio. omnes item terni prouocatorij ſimili ratione replicatione inter ſe conſiderandi numerandiqȝ ſunt: non enim eſſet quintus ternus a tertio: niſi tertius vt duo habeatur. Indiciarius idcirco enumerandus eſt replicatione vt ſit dimidium totius ſeptenarij. Tum vt ſeptenarius octenarij vicem ſubeat. decretorios autem primum ꝛ vltimum integre. xiiij. replicatione dinumerare opus eſt/ vt. xx. dies vicem ſubeat. xxj. licet a rebus Archigenes omnes hoſce integre computari iuxit. Animaduerſione dignum: Galienum enumeraſſe in moꝛbis dies vſqȝ ad. cxx. deinde precipit non dies/ ſed menſes obſeruari vſqȝ ad. xlviij. poſt hos non menſes ipſis in moꝛbis animaduertit: ſed annos. Naz in moꝛbis primis diebus adeſt ingens conflictus ob humoris ac virtutis pollentiam: inde quom imbecilla virtus ſit. remanet in menſibus decretoꝛia vis: poſt vͦo menſes: quom continuo imminuẽdo procedat: vis decretoꝛia in annis obſeruatur. Simili ratione in vigenarijs dierum obſeruari iubet: Nam primo in vigenario ob virtutis pollentiam animaduertendi ſunt ſeptenarij/ ꝛ quaterni/ ꝛ terni. omnibus enim in his primo in vigenario criſes fieri aſſolent: eo ꝙ nonduz virtus iminuta eſt. poſt primũ in quadrageſimũ vſqȝ ſecũdo vz in vigenario/ obſeruandi ſunt tum ſeptenarij/ tum quaterni: eo ꝙ adhuc vires adſunt. Tertio in vigenario vſqȝ in. lx. vires decretoꝛie obſeruande ſunt in ſeptenarijs: quom plus e principio virtus ipſa deficiat. Ceteris vero in vigenarijs/ vſqȝ in. cxx. vigenarij ſunt perquirendi: Nam ſolum in his criſes viſuntur: quom virtus ſit ꝛ plus etiaz imbecilla. poſt hos menſes obſeruãdi ſunt nõ ſecus vt dies poſt mẽſes anni aĩaduertendi ſiliqȝ rõne obſeruandi. Eſt preterea aliud attẽtione dignũ horas dierũ nõ eadẽ rõne colligẽdas oĩbus in diebus primi vigenarij: Nã in primo q̃rto actẽdende ſunt nouẽ ꝑme hore: Sũt enim in pꝉiambulo pollẽtioꝛes. Secũdi vͦo quarti hoc eſt. xj. prime tres hore ſunt animaduertende: Nam obſeruatione cognituz eſt eas eſſe concitatioꝛes. Tertij vͦo quarti hoc eſt. xvij. prime. xxj. hore ſunt perquirende: eo ꝙ obſeruatio docet eas eſſe grauioꝛes/ ac ſeuioꝛes. Simili ratione in ſeptenarijs: Nam in primo. vij. prime. xvij. conſiderande: in ſecundo. vij. hoc eſt in. xiiij. prime. xj. Tertio in ſeptenario hoc eſt in. xx. prime ſimiliter. xvij. ſunt diligenter perquirende. rem hanc obſeruatio medicoꝛum docuit: ſed celeſtium reruz ſcriptoꝛes aiunt hoc eſſe/ eo ꝙ luna ijs in horis peruenit vel ad quadrarum cardines/ vel ſemi quadrarum: qua in re luna pollentioꝛ ac foꝛtioꝛ habetur. ſed an res ſic ſe habeat: parum medicis confert: ſatis ſit eis obſeruationem id iudicaſſe. opus eſt etiam animaduerſione in ceteris vigenarijs: nam hore non ſimili ratione colligende: Secundo enim in vigenario vbi quaterni ꝛ ſeptenarij tantuz obſeruantur/ hore due ſunt minuende/ tum a quaternis/ tum a ſeptenarijs. Tertio vͦo in vigenario/ vbi ſeptenarij tantum conſiderantur: quattuoꝛ hore imminuende vbi in ceteris obſeruantur vigenarij/ ſunt ſex demẽde. verbi cauſa primo in ſeptenario primi vigenarij. xvij. hore erãt obſeruande/ in primo ſeptenario ſecundi vigenarij. xv. hore tantum ſunt pollentes: ꝛ ita in quaternis ceteriſqȝ ſeptenarijs ac vigenarijs obſeruetur. rei huius rationem afferunt/ eo ꝙ virtus continuo imminuendo procedit: vt diximus. Curioſa igitur medicoꝛum inquiſitio vſqȝ in tantuz ꝛ de diebus ꝛ de horis obſeruationibus diuturnis aſſurgat.

Opinio Archige. — Galie.
De termino numeri Ubi dies vbi mẽſes/ vbi anni ꝛ quare obſeruantur
De differẽtia dierũ in vigenarijs
De obſuatione diez menſium ꝛ annoꝛum
De foꝛtitudine hoꝛaꝝ
Rõ aſtronomoꝛum
De horarũ ſubductõe

UVA. BHSC. IyR_157_3

nis aſſurgit.eſt etiam attentione dignum non ſimili ratione in continuis ⁊ intercifis morbis dies fore enumerandos: Nam in morbis perpetuis ac continuis dies enumerantur: ⁊ ita quartus iudiciariarius eſt.vij.Septimus vͦo decretorius in quo ↄtinuis in morbis deſinere ſolet febris.ipſis vͦo in morbis interpollatis obſeruantur acceſſiones: ⁊ ita quarta acceſſio in primo ſeptimo conſideranda eſt.ſeptima vͦo in.xiij.die:in quo deſinere ſolet.Se habet autē ſeptimus dies in quo quar

Celſus

ta aſſurget acceſſio ad.xiij.vt quartus in continuis ad.vij.Celſus.iij.ſue medicine libro argumētis Aſclepiadis contra Hippocratem inſurgit oſtendens obſeruationem hanc variaʒ eſſe neqʒ vllo in die q: par in parue eſſet his maius vel minus periculuʒ eſſe dixit:primo ꝙ interdū peiores dies pares ſunt.ſcdo q: nonnunqʒ in ipſo morbo dierum ratio mutať:fitqʒ grauior: qui remiſſior eſſe conſueuerat.iij.ꝙ ipſe.xiiij.par eſt in quo eſſe magnam vim antiqui fatebantur.iiij.quom octauū primi naturam habere ſecundi ſeptenarij contendant:nam ab eo ſecundus ſeptenarius numerus inciperet:cur.x.ac.xij.non acceperunt tanqʒ potentiores : quom ab octauo.x.ſit tertius:a.x.tertius eſt.xij.propter hec ⁊ aliqua alia.Inquit medici non dies numerare debere ſed ipſas acceſſiones intueri: ⁊ ex his coniectare criſes ⁊ quando cibus dandus:quandoqʒ medicina.ſed hec pace Celſi medicinam non ſapiunt: Nam enunciata medica non in omnibus vera eſſe oportet ſed vt in pluribus:quecūqʒ enim Hippocrates ⁊ Galie.de diebus ſcripſerunt : obſeruatio frequens adinuenit: que ſunt autem vt frequentius vera:poſſunt vt raro impediri efficiqʒ falſa.ꝙ igitur pares ſint interduʒ peiores.id eſt interdū nō frequentius:ſimili ratione raro dierum ratio mutatur:frequētius vero eſt eadem.xiiij.preterea eſt par vno modo:altero vͦo impar pro quāto replicationem ⁊ horas ipſius.xiij.continet.etiam ⁊ ſi octauus primus ſit ſecundi ſeptenarij ratio ternorum a.vij.enumerāda eſt idcirco.ix.eſt ternus a.vij.xj.a nono.xiij.ab.xj.xv.a.xiij.xvij.a.xv.xix.a.xvij. vnum tamen eſt dubitatione dignuʒ:ꝙ Galie.enumerando dies:eos cōputat vna hora minus:quod diſſonum videtur aſtronomis ⁊ ipſis medicis obſcenum.aſtronomis quidem: Nā lune motus eiuſqʒ peragratio per.xij.ſigna in regularis eſt.Medicis vͦo ꝙ primis in diebus morbo videlicet increſcente acceſſio anticipat plus vna hora.ipſoqʒ conſiſtente nulla fit acceſſionum anteceſſio ipſo imminuente acceſſionum fit poſtpoſitio.Inde dies medicinalis vbi incremento morbi vna hora anticipare videtur:in conſiſtentia conſiſtere in imminutioneqʒ poſtponere videbitur: ⁊ ita non per dierum obſeruationem ſed per acceſſiones dies animaduertendi ſunt: Tum enim dies eſt quo acceſſio fit:quare ab acceſſione dies obſeruandus non a numero:rem hanc poſterius diligentius perquiremus: nunc vͦo ſatis ſit locum moſtraſſe difficultatemqʒ aperuiſſe.

Argu^ta cõtra hippo.

Cõtra Celſum pro Hippo.

Cõtra Galie. de ſubtractiõe horarum.

## Enunciatum decimumſeptimum.

**Humoris nocui euacuatio conuenientes per regiones medici auxilio decretnm eſt medicinale : Tempus vͦo quo medicus ſui auxilio humorem euacuat:medicinalis decretorius eſt dies.**

Duplex decretorius a medicis colligi cõſueuit:alter quo ſponte ſua nulloqʒ medici auxilio humor obnoxius a natura ipſa euacuať:ad meniaqʒ toti⁹ corporis vel extra educitur:hūc natura ac idiotropia decretoriuʒ faciunt.alter quo natura ipſa ſponte ſua nihil educeret:verum beneficentia ac medici auxilio reʒ nocuam naturamqʒ hoſtilem fugat:hunc medicinalem decretoriuʒ facimus.quemadmodum enim in decreto naturali tria concurrunt virtus ipſa materie nocue prouocatio ac coeli conſtitutio : ita ad hoc medicinale decretum concurrit primo virtus ipſa:naʒ natura ſola illa ſanat:ad eſt materie nocue prouocatioque auxilio medici.quouis inducitur . ita enim pharmacon virtutem prouocat : vt in die naturali decretorio humor.opus eſt etiam in pharmacis ceteriſqʒ auxilijs medicorum vt celeſtis conſtitutio obſeruetur: vt dicemus.eſt autem corporis auxilium(auctore Celſo)aut demens aliquaʒ materiā aut adijciens aut euocans aut reprimens aut refrigerans aut calefaciens ſimulqʒ aut durat aut mollit.demitur materia ſanguinis detractione cucurbicula deiectione vomitu frictione peſtatione omniqʒ exercitatione corporis abſtinentia ſudore.Quidam autem medicine peritiſſimi ſanguinis detractionem inter medicinales criſes non dinumerant:qua e re precipiunt ſanguineʒ eſſe detrahendum omni die omniqʒ hora dum ſurgat neceſſitas.Auicenna autem ⁊ Galienus medicine auctores non ignari aiunt ſanguinis detractionem calere etiam bilem pituitam frigere:idcirco vbi curatio per neceſſaria non fuerit obſeruare iubent diem mitem ⁊ ſaltem horam:frequenter nos pleureticum minui iuximus.vij.ipſo in die ⁊ mox penitus ab apoſteſe ⁊ febre conualuit.

Duplex decretorius Que i medicinali decreto.

Celſus

Auxilium medici mľtiplex.

Auicenna. Galie.

Sãguinis detractio ñ eſt medicinalis criſis Caſus

## Enunciatum decimumoctauum.

**Dies omnes ſuperuacui ſunt medicinaliter decretorij.**

Superuacui dies vno in vigenario ij ſunt:qui nec prouocatorij nec indiciarij nec decretorij ſunt vt in cholericis.ij.vj.viij.x.xij.xvj.xviij.hi enim omnes idcirco ſupuacui ſunt

Qui ſuperuacui: ⁊ q medicialr decretorij



UVA. BHSC. IyR_157_3

quom omni careant naturalitate:nec enim prouocant:nec indicant:nec decernũt. Sunt autẽ medicinaliter decretorij:quia in quolibet eorum medicus poteſt naturę auxilium ſuum prębere/alijs nõ aduerſantibus. Simili ratione cęteris in vigenarijs colligi poſunt/ac diligenter animaduerti.

Portio q̃ rũdã d̃ ſup medicinaliter decretorijs. Argumentum. Contraria poſitio Poſitio tertia

Non deſunt/qui velint medicinales decretorios hos ipſos eſſe:qui naturales/argumento ꝙ medicus eſt naturę fauiſſor:quom igitur die naturaliter decretorio natura ipſa moueat:ergo ⁊ ipſo eodem die medicus motum iubere debet. adde ꝙ humor nocuus facilius dum eſt in motu educitur:q̃ꝫ dum quieſcit:eſt autem in motu die ipſo naturaliter decretorio. igitur eo die erit illius conuenientior educio. Galienus/Hippocrates/⁊ cęteri medici gręci ⁊ itali iubent dies decretorium/indiciariũ ac prouocatoriũ eſſe obſeruandos: in ſuperuacuis vͦ aluum eſſe educendã. Naꝫ quom pharmacon laborem pręſter ⁊ quod vis aliud medici auxiliũ/dies etiam ipſe decretorius dolores increſcat:opus eſt vt die decretorio medicus ſileat:ne dolores doloribus addat:duaſqꝫ ſimul igraueſcẽtias iniungat. Maurus/⁊ arnaldus ⁊ multi noſtri medicinę ſcriptores aiunt in morbis paribus vt in pituoſis ⁊ melancholicis omni die aluum eſſe mouendaꝫ. In pituitoſis ꝯſtat:q₂ omnis dies ingraueſcens eſt:melãcholicus vͦ humor/quom ſit grauis/inagilis/ac durus:die motus humoris educendus eſſet/⁊ qꝺ plus/hora iterlunij vel plenilunij:eo ꝙ maior tũc humorum motus. Galie. Hipp. Maurus Arnaldus

## Enunciatum decimumnonum

**Dierum medicinaliter decretoriorũ primus eſt.viij. poſt hunc.x. poſt hunc.xvj.poſt hunc.xij.poſt hunc.xviij. poſt hunc.vj. vltimus horum ſecundus eſt.**

Octauus primus.

SUperuacuos dies diximus eſſe medicinaliter decretorios:nulloſqꝫ in eis eſſe idiciarios/ſiue prouocatorios:veruꝫ aliqui magna ſua pte natura ſunt boni ad eductionem/aliqui minus. Omnium aptiſſimus eſt octauus primo ꝙ virtus nondum imminuta eſt:materiaqꝫ nocua nonduꝫ miteſcit. ſecundo ꝙ raro poſt.vij.perfectũ viſum eſt nature decretũ/qua e re opus eſt vt quicq̃ꝫ auxilij naturę efferatur:quod e materia ipſa quicq̃ꝫ ſubtrahatur. tertio ꝙ eo die magna ex parte humor nocuus conquoctus eſt.

Impedimẽta opinionis medici.

Tria ſunt que impedire poſſunt medici auxiliũ. Primus eſt vt nihil natura ipſa fecerit ſeptimo ipſo die. Nam interdũ natura criſes iniciat:quas deinde die prouocatorio perficit:qua e re medio tempore ſileat medicus. Secundum vt notę pollentis rixę in ſubſequentibus contingentis non adſint. Tunc enim octauus eſt vti noui tirandus. Tertium vt auxilium ſit non coactum/nonqꝫ violentum. vbi nãqꝫ neceſſitas vrgeret:dierum nulla eſt habenda cura. verum laudo vt nunquam omni ex parte aluus educatur: ſemper enim ipſi naturę quicquam relinquendum. Difficile enim fortaſſe eſt medico quantitatem materię nocuę cognoſcere.

Secũdus decimus.

poſt hunc decimus eſt ſecundo loco aptus eductioni. eſt enim decimus aptior ſexto: nam ſextus eſt ſeptimo proximus. Illiuſqꝫ frequentiſſime tirandus. eſt item ſecundo promptior: raro enim ſecundo die materia ipſa conquocta eſt. eſt ⁊ duodecimo etiam melior. Nam duodecimus eſt decimotertio proximus:qui maximus eſt. eſt decimoſexto pronior quom eo die virtus imbellior ſit ſimili ratione ⁊ decimooctauo melior.

Tertius decimuſſext᷒. Quartus decimuſſecundus. Cõtra medicos recẽtiores. An añ ſeptimum ſit educio cõueniens.

Poſt hunc eſt decimuſſextus propter ſimiles rationes. poſt hunc ſimili ratione.xij.eſt:poſt hunc decimuſoctauus eadem ratione. ⁊ in cęteris ſimili ratione dicendum:vt vero primo in vigenario ſuperuacui dies ſe habent:⁊ in cęteris credendũ: Jam erratum medicoruꝫ noſtrorum nunc patet. ante enim ſeptimum raro educendum eſt/nec in quarto/nec in ſexto aluus educenda:liquanda tamen eſſet/⁊ in quarto magis/⁊ ſubtrahenda etiã. vnde Hippo. inquit ea quorum criſis ſit: quorumqꝫ facta eſt/ęqualiter neqꝫ mouere/neqꝫ motu quicq̃ꝫ agere/neqꝫ pharmacis vti/neqꝫ alijs prouocationibus:ſed opus eſt ſinere. Ubi tamen in ſeptimo nulla futurę criſis ſpes adſit/aliquid materię in quarto ſubtrahere confert. Poſt ſeptimuꝫ/quom raro omni ex parte criſis ſpectetur:educere bonum eſt/ſeruatis (vt diximus) cęteris quę auxilium medici impedire poſſunt. Hippo.

Quid circuitus.

## Enunciatum vigeſimum.

**Rubraebilis circuitus ad horam ſexageſimaꝫ eſt. atraebilis ad nonageſimamſextam. pituitae ad quadrageſimamſecũdam. rubraebilis autem acceſſio ad quadrageſimamoctauam. pituitae ad vigeſimamquartam. atraebilis ad ſeptuageſimamſecundam.**

Quid acceſſio. De pduratione acceſſionũ ac pͥodorũ.

QUod gręci periodum noſtri circuitũ vocãt/eſt autẽ circuit᷒ ex duabus acceſſionib᷒ vnaqꝫ quiete media cõpoſitus. qꝺ vͦ gręci paroxyſmuꝫ noſtri acceſſionẽ appellãt:eſt autẽ acceſſio vna pars circuitus. In rubrabile acceſſio.xij.perdurat horis:quies vero.xxxvj. qua e re circuitus rubrę bilis ſpacio.lx. horaꝫ continetur. In atrabile acceſſio.xxiiij.pducit̃ horis:quies.xlviij. totus igit̃ circuit᷒ ſpacio.xcvj.ꝯtinebit̃. In pituita acceſſio.xviij.horis quies vi perdurant.

Igitur circuitus

UVA. BHSC. IyR_157_3

Igit circuitus ſpacio.xlij.habebit.ſanguis vero nec circuitum neqꝫ acceſſionem habet.vnde vero ſicut hec:obſeruatio docuit medicos.aſtronomi vero celeſtes formas conſiderantes/cauſam ad inuenerunt/vt poſterius dicemus exemplum.




## Enūciatum vigeſimumprimum

**Vere ſanguis increſcit:aeſtate riebrabilis:autunno atra bilis:hyeme pituita.itemqꝫ prima diei naturalis parte/ſanguis increſcit.Secunda/rubra bilis.Tertia atra bilis.Quarta pituita.**

Quemadmodum ſunt quattuor anni tempora:ver videlicet/eſtas/autunnus/⁊ hyemps. eſtas calida ſicca rubrebili.autunnus ſiccus frigidus atrebili.hyemps frigidus humidus pituite ſimilis:ita naturalis dies/qui ſpacio vngintiquattuor horarū continetur/quater ſectus quattuor partes continet/temporibus quattuor anni conuenientes.vnde primis ſex horis ab ortu ſolis/increſcit ſanguis:eſt enim tempus illud diei conueniens veri: Secundis ſex increſcit rubrabilis.Nam eſtati conuenit.Tertijs ſex atrabilis:ꝙ autunno.vltimis ſex/pituita/ꝙ hyemi:inde ſol rurſus exoritur. Diuino tē porum De humorū incremē to.

## Ennnciatum vigeſimimſecundum.

**Leſuꝫ eſſe conſuetis in operibus primo indiuiduo in tempore aptū ſenſibilibus notis aprehendi/eſt aduerſae valitudinis principium.**

Xeno eleates. Punici. Sophiſte aduerſe valitudinis negant primum:Nas quom egrotacio ſit alteratio quedā ⁊ motus ſit autem ſexto auſcultationis phiſice traditum nullius motus eſſe primum accipiendum:⁊ egrotationis etiam primum negarunt:Cuius ſententie xeno eleates fuit. Alij fatentes id eſſe primum qđ aptum eſt nobis ſenſibilibus notis primo apparere/dixerunt preuiam morbi factionem/quam punici alimeliletu vocant eſſe egrotacionis inicium. Alij primam horam qua egrotus decubit.Deficiunt aūt iſti omnes.Primi quidem/nam(auctore gal.)ſenſibus innixus.id morbi principium capiet:quod ſuis a ſenſibus indicijs ⁊ notis ſenſibilibus aptuꝫ eſt ſentiri.Tale autem eſt leſum eſſe conſuetis in operibus primo indiuiduo in tempore. Secundi etiam deficiunt:quod non eſt iam principium/quod non eſt prima rei pars/fraccio autem preuia nec morbus eſt/nec morbi pars.Tertij etiam/nam corpore ⁊ viribus robuſtus pluribus diebus egrotari poteſt/non tamen decubere.primum indiuiduum tempus morbi/eſt/in quo morbus eſt/⁊ per ſigna ac indicia ſenſibilia aptū ſentiri/⁊ antea non erat/nec ſentiri aptum tale eſt primum (ut aſtro De principio morbꝰ poſitio ſophiſtarū. Pria ſcđa. Tertia pria Impugnatio. Quid inicium.



UVA. BHSC. IyR_157_3

Dubitationes pulcre. Prima Secunda Tertia Quarta Quinta Sexta Septima Quid principium Prima peticio Secunda peticio Tertia Poſitio galie. de febre perius. Secunda poſitio. Propria poſitio. Signa febris p ius. Qñ non a partu. Quantum medici. Quantum galie. Quid nos.

